R. GOSCINNY **Asterix** A. UDERZO

Asterix OLYMPIUS

composuit: **RENÉ GOSCINNY**

in Latinum convertit: **RUBRICASTELLANUS**

pinxit: **ALBERT UDERZO**




BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX! ...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!

GOSCINNY ET UDERZO
NOVUM PERICULUM
ASTERIGIS ET OBELIGIS PRAEBENT

ASTERIX OLYMPIUS

composuit: **RENÉ GOSCINNY** pinxit: **ALBERT UDERZO**



in Latinum convertit: **RUBRICASTELLANUS**

ehapa COMIC COLLECTION EGMONT

„Asterix Olympius"
von Goscinny und Uderzo
Übersetzung aus dem Französischen ins Lateinische:
Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Vokabularium: Hans-Joachim Walke und Karl-Heinz Graf von Rothenburg
Originaltitel: „Astérix aux jeux olympiques"


Nachdruck 2007
EHAPA COMIC COLLECTION
verlegt durch die Egmont Verlagsgesellschaften mbH
Gertrudenstr. 30-36, 50667 Köln
Verlagsleitung: Georg F.W. Tempel
Verantwortliche Redakteurin: Alexandra Germann
Satz: Fotosatz Ehapa Verlag, Stuttgart
Gestaltung: Uli Faas
Buchherstellung: Sarah Fritsche

© 1968 GOSCINNY - UDERZO
Copyright der ersten Veröffentlichung in lateinischer Sprache:
© 1985 DELTA VERLAG GMBH
Copyright der vorliegenden Ausgabe:
© 2007 EGMONT FOUNDATION /EGMONT EHAPA VERLAG GMBH
Beratung in Lizenz- und Autorenfragen: Michael F. Walz
Druck und Verarbeitung: sachsendruck GmbH, Plauen
ISBN 978-3-7704-0065-2


Wer mehr über Asterix und Obelix erfahren möchte –
hier werden alle Gallierfreunde fündig:
http://de.asterix.com
www.ehapa.de
www.vgs.de



ANNO A.C.N.L: TOTA GALLIA, QUAE, UT VIDES, EST DIVISA IN PARTES QUINQUE, A ROMANIS OCCUPATA EST... TOTANE? MINIME! VICUS QUIDAM A GALLIS INVICTIS HABITATUS INVASORIBUS RESISTERE ADHUC NON DESINIT. NEQUE VITA FACILIS LEGIONARIIS ROMANIS, QUIBUS SUNT CASTRA BENE MUNITA BABAORUM, AQUARIUM, LAUDANUM, PARVIBONUMQUE...



QUIDAM GALLORUM



ASTERIX HEROS NOSTER EST, QUI SUBIIT HAEC PERICULA. EI VIRO BELLICOSO HUMILI STATURA INGENIOQUE CALLIDO OMNIA PERICULOSA MANDATA SINE ULLA DUBITATIONE COMMITTUNTUR. VIM PLUS QUAM HUMANAM EX POTIONE MAGICA PANORAMIGIS DRUIDAE TRAHIT...



OBELIX INSEPARABILIS ASTERIGIS AMICUS EST. MUNUS EIUS EST INGENTES CIPPOS COMPORTARE, VALDE AMAT CARNEM APRORUM. OBELIX SEMPER PARATUS EST OMNIA EX MANIBUS DEMITTERE, UT ASTERIGEM AD NOVUM PERICULUM SUBEUNDUM SEQUATUR, DUMMODO APRI ET ACERRIMAE RIXAE APPAREANT.


PANORAMIX, VENERABILIS VICI DRUIDA, VISCA SECAT POTIONESQUE MAGICAS MISCET. IMPRIMIS POTIO QUAEDAM, QUAE VIRES INCREDIBILES TRIBUIT, POPULARISSIMA EST ATQUE GRATISSIMA VICANIS. AT PANORAMIGI ETIAM ALIORUM POTUUM PRAECEPTA SUNT...





CANTORIX BARDUS EST. IUDICIA DE EIUS INDOLE DIVERSA SUNT: IPSE SE INGENIOSUM IUDICAT, OMNES CETERI CANTUS EIUS INCREDIBILES ESSE SENTIUNT. AT CUM NIHIL DICIT, SODALIS HILARIS ATQUE ALACER EST, AB OMNIBUS MAGNI AESTIMATUS...


MAIESTIX POSTREMO PRINCEPS CIVITATIS EST. AUGUSTUS, FORTISSIMUS, SUSPICIOSUS HOMO REI MILITARIS PERITISSIMUS A SUIS COLITUR, TIMETUR AUTEM AB HOSTIBUS. MAIESTIX NIHIL TIMET NISI HOC UNUM: NE CAELUM IN CAPUT CADAT. AT UT IPSE DICIT: „NONDUM OMNIUM DIERUM SOL OCCIDIT."


vere iam vergente viculus ille Gallicus summa pace fruitur: Obelix atque discipulus eius cippos exhibituri sunt, Asterix ante casam suam radiis solis utitur omnesque quieti atque desidiae dediti sunt. revera, ut dictum est, per Teutatem: viculus ille Gallicus summa pace fruitur...
contra in Aquario, in castris Romanorum, omnium animi miro modo commoti esse videntur...
pro Iupiter!
per Mercurium!
ave Caesar!
Caesar ave!
Caesar ave nos!
?
qua de causa omnes ita commoti sunt?
hoc ipso tempore nuntius res novissimas Roma ex urbe attulit: Claudius Torosus electus est, ut ad Romae honorem Olympia vincat!
Torosusne? quisnam ille vir?
verba tua ignorantiam tironis detegunt, Stipes. Torosus lux nostra atque spes est. nostris in castribus stipendia meretur gloriaque eius nobis omnibus refulgebit!
iusto iure te, Torose, Olympionicam destinavi. tu enim electus es, ut una cum optimis totius imperii Romani athletis de palma certes!
ego equidem, o Tulli Mordice, mi centurio, profecto optimus maximusque sum.



prope Aquarium boletos legens, quo loco suavissimi saporis inveniuntur Romanos gaudio conclamare audiebam. laetissimis animis esse videntur!
COTCOT!
CLAC!
eho...! res mira est, Methusalix! quid faciendum est?
iusculum! boletis impositis iusculum paratur, quod delicatissime sapit.
?
ain vero iusculum? nihil aliud tibi in mentem venit nisi iusculum, Obelix?
immo placenta ovorum boletis intritis paranda est! homo subtilioris palati boletos placentae ovorum intritos gustat.
attamen, Maiestix, princeps noster...!
tacedum! ego enim princeps sum, ut ipse dicis. placentam ovorum cum boletis praeparabimus!
egomet ipse boletos lactucae intritos praefero...
nonnumquam amicos nostros quasdam res parum serio agere credo... hilaritas Romanorum nobis molestiam afferre potest.
quid ergo faciendum est, o Druida?
torquendi sunt!
boleti in butyro torquendi sunt. hoc modo sapor eorum proprius conservatur.
?.?.?



cum milites Aquarienses bucinis vulgaribus ad cenam vocentur...
TARATANTARA
...legionarius Claudius Torosus blandioribus sonis ad mensam allicitur...
ecce iusculum! quod iucundi saporis esse spero.
sapit quidem bene, o Tulli Mordice, mi centurio. ex brevi tempore legio apparatius alitur. at cuius generis sunt isti globuli nigri?
sunt quidem ova acupenseris, quae ego ipse privato sumptu ex Persis afferri iussi.
si Olympiae fronde oleagina ornatus eris, nos omnes non modo ludos circenses videndi causa in commeatum mittemur, sed etiam ad ampliorem gradum ascendemus.
multum proficere in rebus gymnasticis tantum valet inter nationes, ut praefectus omnis Galliae fieri possim, si viceris... itaque ne me defeceris!
noli de me dubitare! te adiuvabo, Mordice!
quod mihi facillimum erit, qui omnium optimus sim... nunc autem in silva vires corporis paulum exercebo.
mira est fiducia eius! vir tanta fiducia vinci non poterit.
cursu brevi incipiam! celerrimus totius orbis terrarum sum!
interea loco non longe remoto...
summis viribus completus ad apros capiendos paratus sum. Panoramix enim mihi aliquid potionis magicae tribuit.
semper idem! iterum nil potionis accepi, quod praetexitur...
hep! hep! hep!
???




quidnam isti Romano est?
nescio. aliquem effugere videtur.
interrogabo.
!
?
hep! hep! omnium celerrimus sum! hep!
dic mihi, quaeso...
tene aliquis...
?
...insequitur?
!
Obelix!
desine oneri esse huic Romano!
!
apros venari voluimus.
ita est!
uterque me cursu aequavit! uterque!
tamen omnium iaculatorum iaculi...
CRAC
...optimus sum!
VAMM!



ne suscensueris amico meo, vir Romane...
cur enim hoc fecisti, Obelix? iste vir Romanus nobis molestus non fuit!
quid autem dicis? ille aliquod lignum in caput meum coniecit, ego alterum reieci. nunc pares sumus.
nunciam satis est, per Iovem!
age, puer crasse! ad certamen te evoco! ad pugilationem! ad pancratium! hoc genere certandi te vincam! ego...
ego crassus non sum!
TAXX!
dic mihi aperte atque simpliciter, Asterix: num tu me crassum iudicas?
res non ita se habet. tantum robustiore corpore es, Obelix! age, nunc apros venemur!
homo nequam sum.
quiid? num tu te hominem nequam dicis?!?
quis te hominem nequam appellavit?
ego ipse me ita appello. omnes me viribus corporis antecedunt. omnes Galli, quibus occurri, me superaverunt: alter parvus atque exiguo, alter crassus atque robustiore corpore! omnes!
nunc teneo, per Iovem! per longum tempus illi, quos dicis, Galli nobis difficultates non afferebant.



recedas, quaeso, in tentorium, athleta, ut te recrees.
minime vero athleta sum, immo homo nequam!
humillimum officium faciam. scopas arcessam, sed non tanti ponderis.
nunc cum illis Gallis loquar!
revera centurio Mordicus memorabili modo equo in viculum Gallicum vehitur...
ecce Romanus!
cum principe tuo colloqui volo!
sed occupatus est.
dic ei rem maximi momenti esse. haec salutatio est.
bene, bene! fac animum tuum places! nondum caelum cuiquam in caput cecidit.
semper idem est! ubi primum in labrum descendi, aliqua re interpellor. et proximo anno et ante biennium ita factum est.
bene! cum de salutatione agatur, forma publica servanda est.
!!!




aures tibi praebeo, o Romane!
agitur de hac re: unus ex nostris electus est, ut ad honorem legionis nostrae certaminibus Olympiis intersit...
...sed a Gallis tuae civitatis sine ulla causa per iocum animus eius fractus est.
hoc unum te exoro: ut athletam meum sine ulla molestia corpus exercere patiamini!
hoc cum animo consideravero, de consilio meo te certiorem faciam.
salve!
ave!
haec res maximi momenti est, Eponula! affer mihi vestimenta. me lavare sequenti anno pergam. statim me deponite! sed ne quid aquae in terram defluat!
paulo post...
quae sunt denique certamina Olympia?
certamina sacra, praesidio Iovis tecta, quae quinto quoque anno apparantur Olympiae in urbe Graeciae inter Hellenes mense quodam, quem illi Hecatombaeon* dicunt.
*mensibus Iulio et Augusto
inter certamina, quae per quinque dies manent, tota Graecia sacra ab armis quies est. praeclara est gloria Olympionicae atque eius civitatis.
nonne scitis, quid nobis faciendum sit?
scio!
iusculum boletis impositis!
?



te a Gallis noniam impeditum iri pro certo tibi affirmo. age! comiter te gerens scopas depone!
recuso! ad nihil aliud utilis sum nisi ad scopas!
licet omnes te vi corporis praecedant, sed una atque sola causa est haec: potionem magicam sumunt, quae cuique vim plus quam humanam tribuit. nulla alia causa exstat.
ave, centurio! princeps quidam Gallicus tecum colloqui cupit!
ain tu? memorabile auditu!
eis autem, qui tecum Olympiae concertabunt, haec potio non erit! hehehe!
optime! ut voluntatem meam bonam praestem, me ad mores eorum accomodabo, qua re eis blandiar. cette cassidem! ubi est cassis mea?
paulo post...
centurio noster te ante tentorium suum exspectat, vir Gallice!
nonne audivistis, pueri? movete ocius!
salve!
ave!
longe animo meo considerabam, quae mihi dixisses...
perge! quid?
et nosmet ipsi certaminibus Olympiis interesse constituimus.
quid?
recte audivisti! et nos athletam Olympiam mittemus. utinam melior vincat! salve!
TSHIC! TSHIC! TSHIC! TSHIC!



mane paulisper, vir Gallice!
state, pueri!
nemini certaminibus Olympiis interesse licet nisi civibus Graecis. Homines alterins civitatis non admittuntur nisi Romani. vobis autem interesse non licet!
ain vero?
condiciones perscrutatus tu ipse, vir Gallice, me verum dixisse intelleges.
nonne placatus es, Torose?
quaerisne, num placatus sim?
statim corpus meum exercere pergam, per Iovem!
paulo post...
revera oblitus eram. ille Romanus verum dixit. nemini sollemnibus Olympiis interesse licet nisi Graecis atque Romanis.
sed, per Teutatem...
sumus viri vere Romani!





nosne Romani? ex quo tempore?
ex quo Iulius Galliam expugnavit, quod ipse saepe commemorabat.
egon' Romanus sum?
profecto es! Asterix verum dixit. et nos imperio Romano tenemur!
diem festum agamus, ut hoc celebremus!... quosdam novi, qui mirabuntur!
Aquarii in castris...
mirum non esset, si Galli aliquid excogitarent...
...hoc genus hominum cavendum est...
...mihi ad viculum eorum eundum est, ut aliquid novi cognoscam.
perge te ad certamen praeparare, Torose. brevi redibo.
proximus adeat!
TAX!
ut omnes nomina darent, dictum est. in sua quemque legione veram amicitiam inventurum dictum est.
paulo post...
per hanc rimam perspiciam!
et nos Romani sumus!
fortuna nos Romanos adiuvet!
delirant isti Romani!
haec res ita se habet: ubi homines oppugnati, oppressi, trucidati sunt, rem in contrarium convertunt.


et nunc, reges, intellegite...
...erudimini, qui iudicatis terram...
ut vales, centurio?
???
!
animi Gallorum maximo gaudio affecti sunt!
potione magica, quae nos invictos reddit, fieri non poterit, ut non vincamus. opinione mea haec est ars athletica: casus incertos vitare!
ceterum athletae, qui ad viculi nostri honorem certent, eligendi sunt.
ut quosdam certaminibus destinemus, suam quisque potionem magicam accipiat.
cursus certamen incipiat! currendum est usque ad Cantorigem!
at dixit: quisque!
te excepto Obelix! tu enim natus infans in aenum incidisti.
sed ratio destinandi difficillima est, quod potione magica completi omnes viribus inter se pares sunt.
quod omnes iam sciunt!
fac taceas atque curras!
seniores, pueri, praecedere patimini!
iunioribus viam date!
VADAM!
VADAM!
num tu baculum meum sentire vis?
contine te ipsum, vetule!




maximo vici natu honor palmae Olympiacae tribuendus est!
immo vero egomet ad honorem vici Olympiis intererero.
papae! Idefigem eo mitti melius est, qui tibi praestet!
qua re mihi praestat?
num tu te pede posteriore aurem fricare potes?
?!
silentium! silentium tenete! consilium Olympium delegit, qui causam nostram agat.
Asterigem, qui prudentissimus sit atque cuius consilii causa sollemnibus Olympiis interesse possimus, Obeligem autem, quem vis potionis magicae numquam deficiat.
ita est! ego enim natus infans in aenum incidi!
quid ais? hoc mihi diligentius enarra!
praeterea rem novam atque inopinatam vobis denuntio! athletas nostros Olympiam prosequemur, ut eorum animos incendamus.
VIVAT MAIESTIX, PRINCEPS NOSTER!
VIVAT ASTERIX!
VIVAT OBELIX!
?
veto atque intercedo! aspicite huc!
!!!



quo propius dies profectionis accedit, eo peiore animo Romani sunt...
Galli autem fiduciae pleni sunt. Maiestix princeps res ad transvectionem pertinentes praeparat...
navem instrui iussi maximam nobis commoditatem praebentem: diaetas unius ordinis, facultatem sub divo ludos ludendi corpusque exercendi, miram humanitatem!
Panoramigi Druidae res ad usum vitae athletarum pertinentes curae sunt...
diaeta exquisita maximi momenti est. cibi exotici detrimento esse possint optimo athletarum habitui.
diaeta bene temperata sit necesse est!
sed quae est diaeta bene temperata, o Druida?
ecce eam!
Cantorigi bardo res musica sollemnis curae est.
modum composui Olympicum.
!
tu certe non cantabis!
TAX!
?
?
VLAP!
quid ei accidit?
eum denuo modum non habuisse credo.
vesperi ante profectionem athletae sarcinas constringunt.



tandem dies adest, quo amici nostri proficiscuntur Olympiam ad honores Olympios...
PERGE, GALLIA, PERGE!
bau, bau!
mirum est! huic toti fabulae viri deesse mihi videntur.
sit ita! tempore, quo viri nostri gloriosi desunt, utamur, ut omnia purgemus inque ordinem redigamus!
omnes naves ascendant! ne aprorum obliti sitis!
heus, nauarche! satin' celeriter navis tua vehitur?
haec res ex vobis pendet!
ecce sedes vestrae!
!?



causa querendi non exstat. diaetae unius generis vobis sunt, ut pactum erat. etiam ludere corporaque vestra sub divo exercere poteritis.
nunc autem ut celerrime aestu secundo remigare incipiatis, vos moneo.
et quid ad humanitatem?
recte reminisceris! concentus fiat!
CLAC!
BOM!
BOM!
ceterum desinite lamentari! non modo uno, sed etiam primo ordine fruimini. vulgo vectores talibus itineribus catenis vincti intersunt atque loris verberari solent. etiam plures transvehi cupiunt, qui omnes sollemnibus Olympiis interesse velint.
interea navis cursum ad Graeciam tenet, illam terram venustam longeque remotam, dum amici nostri commoditate navigandi se delectant, quae res omnes omnibus curis liberat...
BOM! BOM! BOM! BOM! BOM!
tale iter navale optimam se reficiendi occasionem praebet, Asterix.
revera optimam! tantum excursiones ex navi facere molestum est.
nonnumquam iter quietum grato modo interpellatur, si quid occurrit, accidit...
navis piratica!
ubinum?


navis actua'ia a dext'a!
videsne unum aut duo Gallos in hac navi?
video copiam te''ibilium bellato'um Gallico'um!
quiescamus! deserite stationes siccas salutem aqua petentes! navem mergite!
nostri sunt! nonne sunt, Asterix?
bau!
nolite urgere!
viam date senioribus!
manete paulisper!
navem transcendere non licet, cum pretium traiectionis hoc non contineat. aliter maius pretium a vobis postulabo.
?
?
cur autem maius?
navem transcendere licet, si — notate bene! —...
...quaestori duo sestertios pro pirata solvetis.
hoc naviculariae indicabimus. turpissimum enim est. piratam tuum pro nihilo puto!
BOM! BOM! BOM!
BOM!
eho! quid ad nos? reverentia carere incipiunt.
sortemne deiciamus, pueri?
nullo modo! ubicumque es, in eadem es navi!


reliquum iter nulla re interpellatur.
BELGAE
GERMANI
GALLIA
HISPANIA
ITALIA
GRAECIA
ATHENAE
MAURETANIA
NUMIDIA
BOM! BOM!
aliquo tandem die...
cras aderimus, pueri! Piraeus nos exspectat!
mirum quidem! aliquem hoc loco aliquid dicturum credidi...
heus, Panoramix!
quid me vis?
quisnam est ille, ut dicitur, Piraeus?
recte credidi!
ille Piraeus est, ut omnes hodie sciunt, portus Athenarum. ad vesperum diei, quo amici nostri adveniunt, in navi, ut usus est, sollemne maximo apparatu instructum agitur...
MAGNUM ITER AD DOCTAS ADVENIMUS TANDEM ATHENAS...!
BAM!
BAM!
tandem...




audite, pueri! hic sumus ad gloriam Galliae augendam! hac re dignos vos praestate! videte, ne qui conspectus fiat, ne indigenas ludibrio habueritis, quamvis urbanitate atque maioribus gloriosissimis similibus nostris careant!
egredimini nunc omnes e navi! ne aprorum obliti sitis!
heus, Asterix!
quid est?
ecce latus faciei eorum!
sst, Obelix! quo modo animos eorum offendis!
MIXOMATOS VOCOR. IS SUM, QUI PEREGRINOS DUCAT. CARRO MEO ATHENAS VOS VEHERE VELIM URBEM MONSTRANDI CAUSA.
priusquam Olympia petenda est, nobis aliquantum temporis restat. pigebit nos, nisi Athenas visitaverimus...
placetne, pueri?
SESTERTIOS VESTROS OBOLIS, DRACHMIS MINISQUE PERMUTATE APUD CALVADUM, CUI CONFIDERE POTESTIS. EST ENIM CONSOBRINUS MEUS.
PLACET!
?
AURIGAE QUOQUE CONFIDATIS. CAROBOLOS VOCATUR. ETIAM CONSOBRINUS EST.
mane paulisper! unus ex nostris deest.
he! he! he!
Methusalix!
saepe iam audiebam! damnum patitur, qui talibus itineribus gregatim ordinatis intersit: numquam in sua potestate est.


PORRO GALLIA!
TARATANTARA!
IUVENTUS GALLO-ROMANA
nonne eos monendos esse putas, ut paulo modestiores sint?
attat! dubium non est, quin Olympia vincamus. aliquid ergo gratiae popularis nullo modo nocebit.
VOS AD OPTIMUM ATHENARUM DEVERSORIUM VEHAM, CUIUS CAUPO CONSOBRINUS MEUS EST NOMINE HEPATOS.
pulcherrimi equi tui sunt.
ITA! PRAECLARUM IUGUM EST. OMNES CONSOBRINI MEI!
NUNC ACROPOLIN VOBIS MONSTRABO.
erras iterum, Obelix. Acropolis consobrina non est.
sed omnino nihil dixi. Quaenam est illa Acropolis?
eccam!
ATHENAE



in conclavi simpliciter instructo parvi deversorii Atheniensis.
per Iovem! desine tandem insanire, Torose!
constitui, ut nonnullos dies Athenis maneamus animi tui confirmandi causa, priusquam alios athletas conveniemus.
PARTHENON
recte iudicas! bonum animum recuperare conabor!
conare quidem! obliviscere illorum Gallorum!
iooo! praesto sumus, pueri!
eho! quis et qualis est ille clamor?
visum eo, quid acciderit!
IUVENTUS GALLO-
quidnam accidit?
perge verrere! imprimis in omnibus angulis!
COMMODISSIME HIC VIVETIS, PER IOVEM! SED DOLEO, QUOD DOMUS COPIA HOSPITUM IAM REDUNDAT. ITAQUE UT COMPLURES IN SINGULIS CONCLAVIBUS HABITENT NECESSE EST.
et quid ad apros?
QUIC!
ET APRI VESTRI MIHI GRATI ACCEPTIQUE SUNT. PARVAE BESTIAE NON EXCLUDUNTUR.
QUIC!




*hodie: Bordeaux




nullo modo civis vester sum, si quis umquam me interrogabit, Galliam vobis reddendam esse respondebo. suum cuique!
ATHENA
per Teutatem! animus meus Romanus ira incensus est propter haec tua verba!
ne modum excesseritis! num vos certaminibus interieritis?
cum potione magica usi necessario vincamus, stultitiae esset, si abstineremus nonne consentis?
sed hoc aequum non est! quid de nobis fiet?
nullo modo vos, quominus intersitis, impediemus. at, ut antea dixi, nos victores abibimus...
...quae res omnium maxima est.
CENANDI CAUSA VOS IN CAUPONAM CONSOBRINI CUIUSDAM DUCAM, CUI EST NOMEN GYROS.
pro hac amphora pignus mihi non datur. quid ergo de ea faciam?
conserva eam in memoriam huius urbis.
quic!
deinde viatores nostri pampinis carne fartis, carnibus hastulis tostis, olivis, citrullis vinoque resinato se delectant...
sed nihil hoc est prae apris!
quic!
unus mihi ante portam relinquendus erat. vetitum esse videtur, ne quis cibum suum huc apportet.
quidnam isti vino suo addunt?
o quae dulcedo vini Aquitanici!
reminiscerisne parvi deversorii ad viam Romanam VII siti, ubi nobis illud delicatissimum assum vitulinum apposuerint?



Mixomatos mihi inscriptionem deversorii, quod aliqui consobrinus possidet, commendavit, ubi noctem ultimam habitare possimus.
INVINOVERITAS
CLAC! CLAC! CLAC! CLAC!
IOOOO! IOOOO!
intra magnopere delectari videntur.
saltandi cupidissimi sunt... choreae Graecae multum delectationis habere dicuntur...
?
CLAC!
CLAC! CLAC!
SNIP! SNAP! SNIP!
CLAC!
CLAC!
intrate, pueri. eis demonstraturus sum, quomodo in Gallia saltetur.
CLAC!
nocte procedente processus faciunt amici nostri in choreis Graecis
LALA... LALA... LALA... LALA... LALA... LALA...
TOC! TOC!
aliquanto postea...
age, Methusalix, eamus! sol brevi orietur!
cedo ultimum — icc! — cornu!
aetatem mihi — icc! — decem annis minutam esse sentio.
hac condicione nunc LXXXIII annos natus et iam diu in lecto esses!
vivant omnes Graeci!
quid hoc sibi vult?
surgam cognoscendi causa!
adversarii nostri corpora sua exercent.



Olympia! Olympia, illa sacra atque mirifica urbs, ubi templum Iovis est, in quo posita est statua Iovis a Phidia ficta, quae in septem mundi miraculis numeratur.
Altis, territorium praecinctum, primum Hellanodiceion, sedem Hellanodicum continet, decem certaminis iudicum, qui ab magistratibus Eleis deliguntur...
...deinde Prytaneion, sedem magistratuum, qui Prytanes dicuntur...
...tum Buleuterion sedem senatus Olympici...
...denique stadion, quod CXCII metra atque XXVII centimetra in longitudinem pertinet, quae sunt quingenti pedes Herculis...
...ex qua re concludi potest numerum herois calceorum circiter XLVI fuisse.
angustum Cryptae transitum transgressi in Gymnasio versamur, ubi athletae corpora exercent, exempli gratia pubes Romana, ut in hac imagine videri potest...
facite finem exercendi, pueri! actum est de nobis! Olympiam relinquamus!
cedo scopas!



qua de causa tu ita loqui audes, centurio?
florem iuventutis Romanae hic congregatam habemus, delectos ex omnibus legionibus imperii athletas. nemo est, qui nos vincere possit.
reveran' nemo? fac eos certiores, Torose!
duo viri hic sunt: alter parvus et macer, alter crassus et pinguis... Galli sunt...
Galli, a vestigio usque ad verticem potione magica impleti, omnino invicti!
!?
Caesar contentus non erit, nisi nos semel aut bis vicisse renuntiare possumus.
immo contentus non erit!
hoc ipso tempore in officio inscriptionis...
QUID HOC SIBI VULT, PER HERCULEM?
Romani sumus! inscribi volumus, ut certaminibus interesse possimus.
AN VOS ROMANI?
AT... AT VOS AD UNUM OMNES ATHLETAE ESTIS?!
non omnes nisi hi duo viri, iste parvus atque iste alacer robustiore corpore.
ACTUM EST DE ROMA!
REVERA EST!


BENE... FIAT! ATHLETIS ATQUE EORUM EXERCITORI VICUM OLYMPICUM INTRARE LICET CUM SARCINIS CIBISQUE.
hinc inter cibos numerantur?
inter sarcinas!
pergite, pueri!
pollicem prememus!
porro, Gallia!
salvi sitis, Romani!
praesto sunt! praesto sunt!
viam mihi date!
ego equidem Vectisferratus vocor legionarius atque inscriptus sum omnibus certaminis generibus.
tu quidem robustissimus diceris, vir Gallice; haec tota fabula ficta est. redde mihi rationem!
fac reddas!
GLUT! GLUT!
iam reddo!
TAX!
etiamne mihi licet rationem reddere, Asterix?
hoc nescio. interrogandus est!
VADAM!
CLIC!
Cae... Caesar nullo modo contentus erit. an dubitas?
heus, Asterix! mihi respondere non vult!


Dum athletae Graeci sub attentis exercitorum oculis, qui aliptae dicuntur, corpora acerrime exercentibus...
...Galli inter cenas se quieti dant...
...Romani autem omnem spem atque contentionem abiecerunt.
NUNC EST BIBENDUM...
hanc rem magistratus Olympici valde mirantur...
...NUNC PEDE LIBERO PULSANDA TELLUS!
EIS PROFECTO MIRUS EXERCENDI MODUS EST, PER NEPTUNUM!
ATHLETAE NOSTRI ISTOS BARBAROS FACILE VINCENT... NIMIS FACILE, PER VULCANUM!
?!
?!
ECCE! CONVIVIA AGITANT!
CUM ATHLETAE NOSTRI VIRTUTE PRAEDITI FICIS ET OLIVIS VESCANTUR...
...CARNE CRUDA ET AQUA!
haec vere mira vicinia...
SNIF! SNIF!
...miseranda quaedam efficit.
RESPUO HUNC FASTIDIOSUM PASTUM!


AIN TU? NUM EDERE NEGAS HAEC?
SAPIT VERE HORRIBILITER!
HORRIBILITER!? SPARTAE NATUS ES. SPARTANI INOPIA ASSUETI SUNT!
LICET SPARTANI NIHIL ALIUD EDANT NISI NUCLEOS OLIVARUM CARNEMQUE PINGUEM...
...SED SPARTAE NON HOMINES INCULTOS HABEMUS VICINOS, QUI A VESPERE USQUE AD MANE VENTREM CIBIS DELICATISSIMIS SIBI EXPLENT!!!
HOMINES PERDITI SUNT!
QUID SI EGO QUOQUE PERDITUS ESSE VOLO?
RECTE DICIT! PERDITUM ESSE PLACET!
ET NOBIS! ET NOBIS!
SI CERTAMINA VULTIS, PANEM NOBIS DATE!
...ET CARNICULAS HASTULIS ASSAS!
...ET VINUM!
APPORTATE BOVEM BURDIGALA EX OPPIDO!
NUM HOC ULTIMUM VERBUM TUUM EST?
VIDE, NE TU ULTIMUM VITAE TUAE VERBUM FACIAS!
MAGISTRATUS MIHI MONENDI SUNT, PER IOVEM!
paulo post...
PROPTER ILLOS PERDITOS ROMANOS CERTAMINA TURPISSIMAM NOBIS IGNOMINIAM ALLATURA VIDENTUR.
POSTREMO IN STADIO NEMO APPAREBIT NISI NONNULLI VENTRIOSI ATQUE VINO MERSI „ATHLETAE“.
MEGAPHON AD ILLOS BARBAROS MITTENDUS EST, QUI EOS AD SANITATEM REDUCAT.


HOC LOCO ROMANI CORPORA EXERCERE VIDENTUR.
UNUS EX MAGISTRATIBUS OLYMPICIS SUM. MEGAPHON VOCOR.
ecce! aliquis nos visitat. accumbe apud nos, vetule!... quod satis est triginta viris...
NONNE VOS PUDENT ISTA, ROMANI? QUID I. CAESAR DICERET, SI ANIMOS VES-TROS ITA PERTURBATOS VIDERET?
nullo modo contentus esset, an non?
NUM VINUM VIRES VESTRAS AUCTURUM CREDITIS?
HIHIHIHIHIHIHIHI!
TAMEN NE OBLITI SITIS LEGUM NOSTRARUM OLYMPICARUM: QUICUMQUE ALIQUID AD VIRES AUGENDAS APTUM CONSUMPSERIT, A CERTAMINIBUS EX-CLUDETUR!
bene, bene! valeas!
PFFCH!
heus tu! mane paulis-per, per Iovem!
?
et paulo post...
ecce eos!
?
?



hi sunt, qui...!
NUM CONVENIT VOBIS POTIONEM MAGICAM ESSE, QUAM ANTE CERTAMINA CONSUMERE VELITIS ?
nimirum convenit.
HOC AUTEM SEVERISSIME INTERDICTUM EST!
reverane severissime?
REVERA SEVERISSIME!
severissime!
hoc cum ita sit, peto a te, ut territorium sacrum nobis relinquere liceat consulendi causa cum amicis, quid acturi simus.
LICET!
hahaha! de hoc optimo nuntio ceteri mihi statim certiores faciendi sunt!
surgite omnes! state immobiles! repetite exercitationes, copia perditorum hominum! Torose! fac ad me venias! celerrime!
sed modo mensa octava est!
iam videbis, quid de mensa tua octava facturus sim!
AH, BENE! DISCOBOLI EXERCITATIONES REPETIVERUNT.



Maiestigem, principem nostrum, consulamus!
amicos nostros in aliqua vici Olympici parte reperiemus.
qua de re agitur, Asterix?
nullo modo cantabis!
ha! nisi cantavissem, illi quindecim Visigothae hoc conclave non reliquissent, quod nunc in solo omnis Olympiae deversorio habitamus.
ecce eos!
sed hi sunt athletae nostri! quae res laeta vos huc adducit, pueri?
sed nuntii minime laeti sunt, immo vero ita terribiles, ut omnes timore obstupescant...
heu!
nihil aliud nobis restat nisi in patriam redire.
dissentio!
ne animo defeceritis! non spem, sed potionem magicam dimittemus, per Teutatem!
iste puer sicut vere vir dixit! optime! laudo! ita res se habuit anno LII*, pueri!
eum tacere iubete!
TAX!
*LII a.C.n.: pugna apud Gergoviam commissa est.



Obelix unus atque solus interesse possit...
cur autem ego solus?
nullo modo! hoc aequum non est!
quid aequum non est?
quia natus infans in aenum potionis magicae plenum incidit...
!?!
SILETE!
num mihi interdictum est, quominus certaminibus intersim, quod natus infans in aenum incidi?
perspexisti!
bene! nihil aliud scire volui nisi hoc!
numquam mihi quicquam explana-tur!
?!
nobis ergo facienda sunt haec: manet inscriptio Asterigis. cuius exercitores Panoramix et Obelix... erunt... et... ceterum dei nos adiuvent!
abicite omnem timo-rem! animum eius ita accendemus, ut parvus noster amicus vinci non possit.
tandem eum tacere iubete!
una corona victoriae nobis sufficiet. solis cursibus intereris!
celerrime in territorium sacrum redeam. mihi enim exer-cendum est!
mira est profecto illa lex anti-aenea!



nunc cursu stadium emetiar. requirite tempus ex arena in isto horologio.
bene! an satis erit, ut illos optime exercitatos athletas vincat?
quid si subtiliore arena utamur?
dormitum eamus! cras certamina incipient. plenus fiduciae sum!
et quid si diceremus me non in aenum, sed in amphoram incidisse?
hac nocte omnes athletae de gloria atque honore somniant...
I
II
I
I
II
denique dies iam longe exspectatus adest. spectatores totius mundi advenerunt... nota bene: spectatores, non spectatrices, quod feminis certamina spectare non licet.
HAEC VOBIS PRAEDICO: ALIQUANDO ETIAM FEMINIS CERTAMINIBUS INTERESSE LICEBIT–NON MODO UT SPECTENT!
ITA! ETIAM UT EQUOS REGANT!



ah! illae sunt sedes nostrae!
animos attendite: silentium, continentiam reverentiamque erga adversarios teneamus! honesti spectatores simus neve admirationem moveamus!
esto!
PORRO, GALLIA!
athletae ad aram Iovis Hercei ius iurandum Olympicum dant...
LIBERI HOMINES SUMUS SINCERI GENERIS GRAECI NEQUE UMQUAM SCELERA COMMISIMUS NEQUE DEIS MALEDIXIMUS. NOS LEGES CERTAMINUM OBSERVATUROS VOVEMUS.
atque in stadium ingrediuntur. primi agminis sunt heroes ex Thermopylis, deinde sequuntur Samothraces certa spe victoriae elati; etiam athletae Meli advenerunt...
THERMOPYLAE
...athletae Cytherorum ante breve tempus ex navi egressi sunt, Marathonii currentes, Macedones turba permixta veniunt, Spartani pedibus nudis incedunt...
SPARTA
Rhodos ab uno tantum athleta repraesentatur, colosso quodam...
RHODOS
HEUS! FRATERCULE! HEUS!
sileas, quaeso! nullius partis esse oportet!
nemo athletarum Romanorum oculos cuiusquam ad se convertit nisi unus...
GALLIA! GALLIA! GALLIA! ASTERIX!
GALLIA
IOOO!




athletae Graeci et Romani se ad primum cursum viginti stadiorum duplicis longitudinis parant...
signum excurrendi unus e ministris publicis dat nomen filii Mercurii exclamans.
PAN!
GALLIA! GALLIA! GALLIA!
ASTERIX! ASTERIX!
GAL... LIA!
SPARTA
!
satis bene, Asterix!
Spartani fortes sunt, etiam Romani bene exercitati sunt.
PFFF!
nisi tuam potionem magicam in aeno misceres, ego quoque cursu interesse potuissem. utinam dolio usus esses!
ne in pertussum ingeramus dicta dolium*.
*Asterix mythologiae Graecae peritus esse videtur.


Dum victores podium ascendunt, ut verbenas accipiant...
STATE IMMOBILES!
I
II
III
...amici eorum, qui victi sunt, de cursu disputant...
stadium parum aptum est!
caelum denique... caelum gravissimum est.
et hic aer meridianus!
et apris pastus foedus edendus est! quem miserrimae bestiae respuunt!
habitus spectatorum ferendus non est. meo tempore homines comiores erant!
certamina sine ulla intermissione continuantur: luctationes, pancratia, pugilatus...
CRACC!
his omnibus certandi generibus Oceibos, colossus Rhodius, insuperabilis est.
HA! HA! HA!
HUMI! CONFICE EUM, FRATERCULE!
HA! HA! HA!
CLAC! CLAC!
suntne omnes vestrae familiae talis staturae?
IMMO VERO FRATER MEUS MAXIMUS MULTO ROBUSTIOR EST.
SED CERTAMINIBUS INTERESSE NON POTUIT, QUIA NONDUM EX ALAPA A MATRE ACCEPTA SE RECREAVIT. HA! HA! HA!
SEMPER MIHI DIXERUNT CORPUS EXERCERE CUILIBET REM SALUBREM ESSE.
MIHI SEMPER DICTUM EST HOC: UT SIT MENS SANA IN CORPORE SANO!
I
II
III



die finito athletae in territorium sacrum redierunt rationis reddendae causa...
num creditis Caesarem certiorem factum de vestris praeclaris facinoribus contentum fore?
in Buleuterio senatus Olympicus, magistratus, hellanodicae, pontifices ministrique publici clarissimo oratore Magnetico praesidente convenerunt...
AMICI NOBILES ATQUE HONESTISSIMI! ATHLETAS NOSTROS OMNES VERBENAS PARITUROS APPARET!
APPARET!
PER ATHENAM!
PER APOLLINEM!
VIVANT GRAECI! VIVANT NOS IPSI!
NISI AUTEM ILLIS BARBARIS ROMANIS OCCASIONEM DABIMUS UNIUS QUIDEM FRONDIS OLEAGINAE PARIENDAE, CERTAMINA NOSTRA VISITATORES PEREGRINOS NONIAM ALLICIENT.
...ET UT MIXOMATOS, CONSOBRINUS MEUS, SEMPER DICIT: VISITATORIBUS DEFICIENTIBUS PECUNIA NOS DEFICIET, PECUNIA DEFICIENTE NULLUM QUAESTUM FACIEMUS, PULCHERRIMA NOSTRA MONUMENTA COLLABUNTUR EORUMQUE NULLIUS IAM INTERERIT!
CONTRA NOBIS SIMULATIO NON PETENDA EST AB ATHLETIS NOSTRIS, UT ILLE POPULUS PERDITUS OLYMPIA VINCAT.
HEURECA! ME HANC QUAESTIONEM ABSOLVISSE PUTO!
OMNES ROMANI STATIM IN GYMNASIUM CONVENIANT!
nos quidem vocant!
numquam huius rei assuescam!


ROMANI! SENATUS OLYMPICUS IN DIEM CRASTINUM NOVAM DISCIPLINAM CONSTITUIT: CURSUS CERTAMEN VIGINTI QUATTUOR STADIORUM, QUOD SOLIS ROMANIS RESERVATUM EST.
HOC CERTAMEN VOBIS BENE EVENIAT! UT MINIME IMBECILLUS VINCAT!
doleo, quod non ante cursum paulum potionis magicae sumere tibi licet.
potionisne magicae? quae est in aeno in illa casa posito?
ita! quidnam aliud? potio magica!
an ea, quae est in aeno in illa casa posito, cuius porta ita bene claudi non potest?
ita est! ea, quae est in illa casa, cuius porta non ita bene claudi potest quaeque noctu non custoditur... nonne haec dicis, Obelix?
revera haec!
oh! sed interdictum est, ne quis de potione magica ex illa casa bibat...
...cuius porta non ita bene claudi potest quaeque noctu non custoditur.
?!
HOHOHO! HIHIHI!
quid autem hoc sibi vult?
callidissimus e nobis omnibus es, Obelix!
?
tibi haec dico, Idefix: et Asterix et Panoramix delirant, ex quo tempore Romani facti sunt.
TOC! TOC! TOC!
BAU!


fac huc venias, Torose!
Caesar contentus sit necesse est, ut ad maiorem gradum ascendamus. ut autem Caesar contentus sit, tibi cursus certamen vincendum fronsque oleagina parienda est...
illic casam quandam esse suspicor, cuius porta non ita bene claudi potest quaeque noctu non custoditur et in qua...
..aenum potionis magicae plenum positum est!
TAX!
ssst!
bene... a... avete, pueri!
heus, Mordice, amicissime!
quo vadis, Mordice? nocte appetente mature dormitum eamus, ut cras ad cursus certamen committendum optime parati simus.
oh, paulum modo ambulamus.
Iulius Caesar contentus non esset, si nos Romanos cum civibus nostris consociatos non esse cognosceret.
nonne consentis?
et illa nocte...
GRRR!
BSSS!
CHSS
?
GRRRAAOORR


?
GRAORRR!
heus! Idefix e somno me suscitavit. in illa casa, cuius porta non ita bene claudi potest et quae noctu non custoditur et in qua aenum potionis magicae plenum positum est, turba hominum vagatur...
nonne Idefix meus optimus custos est?
age, impera custodi tuo, ut somnum repetat. ceterum ne aliud curaveris.
sed forsitan aenum furari velint?!
apud Graecos aena furari licet.
?!
num tu leges huius terrae ad aena pertinentes intellegis?
delirant isti Graeci!
COCORICOS!
dies cursus viginti quattuor stadiorum adest. haec sunt quattuor milia sescenta quattuordecim metra et duodequinquaginta centimetra aut quattuordecim milia et quadringentae soleae numeri quadragesimi sexti.
CURSORES AD INITIUM CURSUS!



hehehe!
sst!
BAM! BAM! BAM!
ISTI BARBARI CERTISSIMA SPE VICTORIAE ELATI ESSE VIDENTUR.
AGE! AGE! QUANTULUM CULTUS ATQUE HUMANITATIS EORUM NONNULLIS ANNIS POST RELIQUUM SIT, VIDEBIS.
heus, Druida! subito consilium ceperam, ut oculos in illam casam conicerem, in qua...
iam scio.
at aenum vacuefactum est!
hoc revera tempus non est rem nostram conturbandi. fac abeas ad sedem tuam assidasque ad ceteros!
bene! bene! iam teneo... veni mecum, Idefix. tamen virum callidiorem magnopere desiderant.
HIC TU ASSIDERE NON POTES. HANC SEDEM FRATERCULO MEO RESERVAVI.
?
haec sedes vacua est. ceterum mihi revera tempus non est ludendi!!
HIC TU NULLO MODO ASSIDES!
TAX!
modum revera excessit, per Teutatem!
?!
TUNE FORTASSE FRATERCULUM MEUM VIDISTI?
?!
indocili te esse animo credo!
?
TAX!



ESTISNE PARATI?
paratissimi!
hihihi!
quando tandem initium fit, per Iovem?
PAN!
ABIERUNT!
inflammatio animorum spectatorum quanta sit...
PORRO, GALLIA!
ASTERIX! ASTERIX!
PERGE, PARVULE!
si scirent, quae ego sciam. sed nil audire voluerunt.
...incredibile auditu est.
HA! HA! HA!
sed cursus certamen brevi praeter opinionem convertitur.
solum nimis durum est!
Asterix aprum quendam edisse videtur, qui aliquid edisse videtur, quod...
totus hic mundus conversus est!
aliquid incredibile visu fit. unum ex cursoribus omnes ceteri praetereunt.
VADAM!


tandem finis cursus adest.
!
QUOMODO HI OMNES SIMUL IN SUGGESTUM ASCENDERE POTERUNT?
HOC FACTUM ESSE VIDETUR, QUOD SEMPER ORDINIBUS INSTRUCTIS INGREDIUNTUR.
nonne Caesar contentus erit, nonne...?
manete paulisper! intercessionem facio!
INTERCESSIONEMNE?
recte dicit! solum nimis durum erat!
praeterea apri pastum quendam suillum edebant!
omnes victores a vestigio ad verticem potione magica completos esse coarguo!
HAEC EST ACCUSATIO GRAVISSIMI MOMENTI! QUAE TIBI DEMONSTRANDA ERIT!
quid?
quomodo?
crimen falsum est!
vehementer recuso rationem red...
fraudatores! baaaah!
baaah! tu ipse fraudator!
ii ipsi demonstrant! potioni magicae colorem immiscui omnibusque, qui potionem potaverunt, linguae caeruleae sunt.
VERUM DICIS, PER MERCURIUM!


an... an linguae nobis in aeternum caeruleae manent?
linguas nobis in ore mansuras spero.
SENATUS OLYMPICUS DE HAC SINGULARI RE CONSILIUM HABEBIT.
TIC!
TOC!
paulo post...
OMNES CURSORES, QUI POTIONEM MAGICAM SUMPSERUNT CERTAMINIBUS EXCLUSI SUNT. ITAQUE UNUS ATQUE SOLUS VICTOR EST... ASTERIX!
Asterix! vivat!
numquam de nostro parvulo dubitavi, numquam!
GALLIA
quid?... reverane Asterix victor est?
quodam modo victor, Obelix, quodam modo!
I
III
licetne?
QUIC!
spectatores ad furorem inflammantur et hanc imaginem in conspectu animi tenentes...
HA! HA! HA!
...amici nostri terram Graecam relinquunt atque cursu quieto in patriam profecti...
sempe' idem!
BOM! BOM! BOM! BOM!
...in viculum eorum perveniunt, ubi nocte stellis ornata victoriam Olympiae partam celebrant, victoriam, quae auctoritati cuiuslibet nationis maximo honori est.
me maxime illa mira lex antiaenea obstupefacit, qua...
fac edas, Obelix!
me autem feminae Graecae, pulcherrimis statuis similes...
quid tandem illa mira fronde oleagina fecisti, Asterix?
ne ceteris de hac fronde narraveris: viro cuidam donavi, cui magis usui est quam mihi, per Teutatem!
SCROC!
atque semel, hac una in re, Caesar contentus fuit!
legionari Torose, te centurionem dico; te autem, centurio Mordice, declaro tribunum!
FINIS FABULAE
UDERZO & GOSCINNY


BADAUZ!
DELIRANT ISTI ROMANI!


PAULO MINUS VALEO, PANORAMIX!...
NULLO MODO, OBELIX, POTIONEM MAGICAM ACCIPIES! MILIES TIBI DICEBAM TE NATUM INFANTEM IN EAM INCIDISSE!



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit.

ISBN 978-3-7704-0065-2
€ 12,70 [D] / € 13,10 [A]

www.asterix.de
http://de.asterix.com
www.ehapa-comic-collection.de